Bekehrung der Slaven bes. durch Stiftung des Erzbisthums
Magdeburg und dessen Suffragan-Bisthümer.

Neander K. Gesch. Th. VIII. S. 104. auch 108. wird citirt die alte Na Luden T. G. VII. S. 161.

Narratio
de erectione ecclesiæ Magdeburgensis in
Meibomii Scriptores Rerum German. Tom I. f. 734.

hac est: p. 733. unter die beiden letzten Zeilen: ex Chronico Magdeb. mscto.

„Imperator Otto Magnus civitatem Magdeburg ad honorem et defensionem dilectæ suæ Saxoniæ Metropolim et Archiepiscopum facere, cui præfatos duos Episcopatus (Brandenburgensem et Havelbergensem) a se constructos, et alios, quos adhuc construere desideravit, subjacere, ibique Deo et S. Mauritio se suaque omnia dare cogitavit. Sed partem parochiæ Halberstadensis, ad quam civitas illa cum suis adjacentiis pertinuit, a Bernhardo ejusdem ecclesiæ Episcopo septimo, quoad vixit, impetrare non valuit. Quo defuncto cum venerabili Hildewardo pro ipso sacerdotii officio functo, ipse voti non immemor, ut in bonis repleretur desiderium suum, Romam profectus in suburbio Ravennæ in ecclesia S. Severi Episcopi et confessoris coadunavit Synodum in qua præsidente Dn. Joanne, sanctæ et universalis Ecclesiæ summo Pontifice, astantibusque quam plurimis Italiæ, Germaniæ et Galliæ Episcopis et Principibus, tantique negocii exordium arrecta aure et mente præstolantibus multo labore magnisque persæpe periculis se multas Slavorum nationum cis flumen Albiæ, in confinio Saxoniæ ad catholicam fidem convertisse, coram cunctis exposuit, quique adhuc rudes in fide, ne ad vomitum redirent, qualiter corroborari possent, consuluit. Cujus dignam relationem tantamque fidei confessionem sancta Synodus | p. 734.